

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. VII. Jejunium temporis, opum, ac boni nomiminis grande auctarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Promptumque, eo multum oblectatur: at verò si  
nanciscatur corpus intemperans, madidum, gra-  
ve, escis infertum, flaccidum, somniculosum, vehe-  
menter affligitur: hic labor omnis molestus; cena non  
suavis, somnus non placidus est, hic turbata omnia.

*Hoc pluri-  
mum quo-  
tidiana pa-  
ne docet ex-  
periens.*

Novi ego homines religiosos, quibus læpissime ce-  
nula est, postquam non lavantur manus, qui ab horā  
noctis nonā usque ad quartam matutinam, quā sur-  
gendum, uno latero uno eodemque tempore, s'opere  
numquam interrupto dormiunt suavissimè, & anima  
cum ipsis delectatur & iucundum est manū querere,  
Num septem horae jam præterierunt?

Itaque abstinentia & jejuniū non tantum cibi, sed  
etiam somni condimentum est optimum. Qui legiti-  
tim cibi potuſque voluptam quærit, aromata  
Spartana ſemper in promptu habeat; Labor & Fames  
omnia conidunt. Eſurianus nunc paupilum, ut la-  
tientur æternū.

### C A P V T VII.

#### Iejunium, temporis, opum, & boui nomi- nis grande auclarium.

*Gell. l. 2.  
Noct. Attic.  
36.*

**V**erbū erat vetus, ut Gellius testatur: Sæpe  
etiam est olitor valde opportuna locutus. Epicu-  
rus philosphus apud nos sequiorum fame non  
optimè audit; ſenem ab horto nominamus, quod  
in hortis sappiū velut in ſchola docuerit: quidquid  
ſit, Epicuri ſcripta multum habent eruditioν ac  
ſapiențe, & ad virtutem non largide trahunt. Af-  
fidius est Seneca in hujs Philoſophi dicit laudan-  
dis. Ad rem interrogat Epicurus, quo artificio fac-  
lē quis ditesceret? In hunc modum respondit: Non  
ſi præſentibus adieceris, ſed ſi uſum ac neceſſita-  
tem tibi perſuafam circuſcideris; non enim augen-  
ta ſunt facultates, ſed minuenda cupiditates. Idem di-  
cendum in Iejunii & Abſtentientiae cauſa: Non addi-  
endum eſcæ, ſed detrahendum appetenția: os circum-  
cidendum eſt. Parſimonia nobile vestigal, imperium  
in gulam, prædives victoria: qui os & appetențiam  
noverit subtrinere, paucis contentus viveret. Cur  
comedē libido strenue coērēndā ſit, cauſa aliquot  
expoſuimus. Proxima diſſertatio monſtravit: jeju-  
num ciborum omnium, in & ſomni, ſuavifimum  
eſt condimentum. Progedimur, oſtenſuſi: jejunum  
non temporis ſolū, rei omnium pretiosifimum, ſed  
& opum ac famæ magnum eſt auclarium. Qui ab-  
ſtentiam non horret, multum temporis luſtatur, pec-  
unias & nomen auget. Reclifimè ille, quem dixi, philosphus ab horto dixit: Volenti ditesceret non  
ſunt augen- & opes, ſed minuenda cupiditates. De-  
trahē menſa, & addes temporis, facultatibus, famæ  
ac nomini. De his hoc capite loquemur.

*Vita eſt  
vigilia.*

**D**iſſertationis fundamenṭum ſtatut illud eruditio-  
rum pronuntiatum: Tantò longior eſt vita, quā-  
tò brevior eſt ſomnus. Nam vita eſt vigilia. In excu-  
biis ſtandum, dum vivitur. Somnus, imago & frater  
mortis. Si cernant oculi duos aliquos ſimil jacentes,  
mortuum & dormientem, vix quidquam diſcriminis  
obſervant. Qui dormit, poſt aliquantum temporis  
evigilabit: interim dum dormivit, non propriè vixit.  
Vita eſt vigilia. Quōd igitur minus dormit, plus vi-  
vitur: brevior ſomnus, longior vita. Sed ulterius.  
Menſa referta, cena plena, ſimpofia larga ſomnum  
exigunt prolīxum. A ſimili res patet. Quōd luculent-  
tior culine focus, quōd plura parantur ferula, eō co-  
pior ſomnus; ita quōd liberalius eſt ū ac bibitur, eō  
diutius dormitur; plus cibi, plus vaporum, plus ſomni,

Ita paullatim plurimum vitæ demitar, quod Mortis  
fratri ſomno conceditur.

Atqui nihil in orbe pretiosius tempore. Aurum &  
gemmæ tempori collatæ, viles quisquilia ſunt. Ho-  
mo mihi benevolus ditare me potest, tempus perditū  
reſtitueret non potest, rapere potest. Thesaurus tempo-  
ris theſaurorum omnium ſummus. Innumerū homines tempo-  
ris cetera non poffimi, ſed ob tempus male impenſum ad theſaurum  
tribunal ſummuſ poffimè ſtabunt, n̄ præterim, qui omnium  
tot horas, tot dies, tot hebdomades, tot menses, tot  
etiam annos aut nihil agendo, aut n̄ agendo veluti  
per jocum combuſerunt. Omnes etiam minimi tem-  
poris particulas ſollicitè colligamus, uti aurifices ari-  
ſcobem, aut feminæ, que fila ducunt aurea. Si dannato-  
rum alioſ orbis terrarum aurēus, & oceanus balaſ-  
mo plenus donaretur, quid, putatis, hac diuitiarum  
mole mercari cuperet? Vnicā dumtaxat horulam, quā  
poſſet impetrare Dei gratiā. Et nos tot horas, tot dies  
ſtolidiſſimè combuſerimus. Tempus inæſtimabilis the-  
ſauri. Cur ergo recuſemus cenæ aliiquid aut ſomno  
demere, ut theſaurū hunc temporis augēamus? Ita ple-  
rique priſcorum Patrū fecerē, ut vitam redderem longi-  
orem, cenulam & ſomnū voluerunt eſſe brviorem.

Basilius Magnus, Theologus & Orator diſertifi-  
mus, ut parcū dormiret, ſemper humi dormiuit, ſtrati-  
que tam rigido ſomnum largiore exclusit, & quia  
diem incredibili temperantiā traduxit, noctes pluri-  
mas ſtudiis aut precibus pervaſigavit. Ita & Antonius  
Magnus totas non raro noctes inter colloquia cum  
Deo non ſine voluptate conſumpſit. Hoc ideo facilius  
potuit, quia ſemel tantum de die, nec ante ſolis obitu-  
m, corporis pane, ſale & aqua reſecit. Quod de illo  
teſtatur Athanasius. Sic alii quamplurimi egerunt.

Quā ratione, obſcro, Augustinus, Hieronymus,  
ali, tot libros posteritati conſecrare poſſiſent, niſi  
ſcriptioni & noctem impendere voluerint? ut autem  
hoc commodiſſi poſſent, aut jejunare, aut parcimonię  
cenare non reſugunt. Plenus venter non ſtudet li-  
benter; ferme ſomnum querit. Novem Hieronymi  
Tomas manibus verſamus, iis quæ perierunt, non  
cenſis. Nihil ſcribere poſuiſet Hieronymus, niſi jejunare  
ipſi & vigilare familiarifſimum, in dō quotidianiū  
fuſiſet. Hic ſacer ſcriptor id minime diſſimilans: Ex  
toto orbe, inquit, huc venitur Bethlehemum. Ez-  
chielem coepi exponere; vix finiam. Nulla enim ho-  
ra, nullum momentum eſt, ex quo non fratum oc-  
curramus turbis. Omnes cum Hieronymo loqui,  
omnes illum videre cupiebant. Quomodo ergo  
tam multum ſcripſit, qui ab occupationibus aliis  
nil otii habuit? Faſetur ipſe noctem hiſ lucubrationi-  
bus aſſignatam. Enimverò latgiſ cenare, & ſomno li-  
beraliuſ indulgere, ſunt vicinifſima; alterum ab altero  
vix aveli potest. Malè autem vigilabit, poffimè lu-  
cabit, qui lautiſ cenaverit.

Augustinus, quamvis in diſputationibus & collo-  
quiis frequens, quamvis in conſcionibus ad populum  
habendiſ ſiſtiuſ (uti olim Epifcopi erant) Præfuls  
tamen officium ſic adminiſtravit, perinde ſi nihil ſcri-  
pſiſet; nihiſ ſumnam tam multa ſcripſit, perinde ſi hoc  
unum ſecifſet. Hinc decem grandiores Tomoſ poſte-  
riſ reliquunt: plurima temporum injurię diripuerunt.  
Et quomodo tandem inter tot tantisque occupa-  
tiones tam multa litteris confignare poſuit? aut frugalif-  
ſimè cenavit, aut cenā penitus abſtinuit: hinc lucuba-  
tiones nocturnæ longiores, hinc eruditæ vigilæ, hinc  
divina ad lampadem ſcriptiones: Quod dies negavit,  
nox dedit.

Gregorius Magnus. Antifetes ſummuſ lieſt conti-  
nuis pene morbiſ conflictare, plurima tamen ſcri-  
pſit, quia & abſtentientiſſimus fuit, & vigilantifſimus.  
Conſuetus illi cibus legumina erat, & quāvis pedibus  
infirſere

infistere nequirit, nihilominus vigiliis, precibus, studiis affiducie inhærebat.

Ita Thomas Aquinas Theologiaz Phœbus, non ultra quinquaginta annos propagavit vitam, & tamen septemdecim Tomos conscripsit, quos aeternitati dicavit.

Alfonius Tostatus Abulensis Præful quadraginta tantum annos in vivis fuit, & tamen tredecim ingentia volumina scriptis, eruditio varietate, ut illud elegii accepit:

Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne.  
Hi tales viri non diu in mensa perfedere, non diu in lecto hætere poterant, qui potuerunt tam multa scribere, tot occupationibus aliis satisfacere. Et confideret quia labores istos, præcipue Tostati, dicit: Hi viri, si eorum lucubrations & occupations ceteras spectemus, nec comedisse videntur, nec dormisse, adeo multum laborarunt. Ita breviore somno longorem sibi fecerunt vitam, & copiosiore doctrinam.

Experientia loquitur, illud, quod quis die toto invenire nequit meditando, horis antelucanis, secundâ, tertâ, quartâ matutinâ facile indagari. Has autem horas minime salutant ii, qui laute cenant, liberaliter obbibunt, corpus cibo potuque sarcinunt. Horâ septimâ matutinâ, vel octavâ, vel etiam nonâ,

— cum clarum mane senefras.

Intrat, & angustas extendit lumine rimas,  
plumeâ calidâque tumba etiamnum jacent septuti. Hic cogitationes sublimiores exulant, hic eruditio & sapientia plerisque domi non sunt.

Nec illud hic tacendum, quod reverâ offensionis est & pessimi exempli. Sunt multi, præstrium homines opulentiores, somni consueti tam amantes, ut perfruaderi nequeant, vel in anno ferâ tantum maturius lectum deferere, & horâ sextâ di Parasceves concioni se sistere. Prô dedecus! Hominem Christianum in Christi patientis gratiam nec vel simplici solùm vice somno aliquid velle demere. Fagidissime Christiane, quid ais? Totâ nocte illâ, & plurimes, pro te vigilavit Christus, & tu non possis nec unâ quidem horulâ vigilare pro ipso, & cum ipso. Tot tamque acerbâ cruciatu Christi non tanti apud nos valeant, ut pauculus diebus minus coelle, minusque dormire sustinemus.

Iam dixi: Lautior cena, lögior somnus, brevior vita, sunt cœjunctissima. Vivere vis prolixius? minus dormi.

## S. II.

**A** Ed non tantum extendit vitam abstinentia, sed etiam auger pecuniam. Res testatissima. Quot patrimoniorū gurgites devoratis ac consumptis ædibus fecerunt proterviam! Homini gulo solo nihil sufficit: prædia & fundos abligurit, grandes reverâ botos, & post tantam in gloriem magis elurit, nec clamare desinit. Affer, affer. Homo frugi & abstinent paucissimis contentus, non difficulter invenit, quo ventri silentium persuadeat. Abstinentia saluberrimum parsimonie genus. Hominem gulosum aut potulentum raro videores divitem. Salomon ejus rei certissimus: Qui diligit epulas, inquit, in egestate erit. Qui amat vinum, & pinguia, non dabitur. Hinc ab eodem monita: Noli esse in convivio potatorum, nec in comedationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes simbola, consumentur, & vestiuntur pannis dormitatio. Somnolenti & potatores ad inopiam rediguntur; dormitatio vestes laceras, comedatio crumenam vacuum in præmium offert. Nam quod in æriolum esset recondendum, in ganeam effunditur. Abstinentia vœtigal amplissimum.

Nec vitam solùm & pecuniam, sed & famam honestissimi incrementis amplificat abstinentia. Homo

Tom. II.

abstinens & sobrius etiam hosti pretiosus. Homo patinis & poculis consecratus, vilis est etiam amicissimus. Pessimi nominis, nigerrimæ famæ est, dici de aliquo: Calicum traho est, dum taxat Deas ex omni numero Deorum novit, quas & sacrificiis colit, Eduliam & Potinam.

Monitus est Iulius Cæsar, quem Senatoriae manus in curia confederunt, ut sibi à clandestinis infidatoriis caveret. Non timeo, ajebat, trahos, rubicundos, obfatos, sed pallidos & macilentos. Non erravit iudicio. Tales fuerunt Brutus & Cassius, qui Cæsarem occiderunt. Menstrum asecla, patinarum catillo vix umquam præclarus aliquid aut ardui conabitur. Nam qui calicibus student epotandis, homines remissi & socordes sunt; quid boni aut magni ab eis speres? Homo temperatus & jejunius cultor pecuniam & famâ auget.

Romanæ conditores historiaz, Livium, Sallustium, Tacitum evolve, & quod afferimus, credes tot eruditis testibus. Nimurum Româ quamdiu Temperantia, Iejunii, Abstinentie civilis leges servavit, omnium gentium viætrix & domina fuit, alias post alias regiones & provincias in suam potestatem rededit, orbem terrarum expugnavit: dum Curii & Fabricii homines nobilissimi pulmenta, rapas, olera; non tantum in mensam admiserunt, sed ea ipsi suâ etiam manu severunt, res Romana præclarissimè stetit, ubi comediones & cenatum luxus grastari cœpit, priora omnia dilabi, ruere, ac pessum ire cœperunt. Nulla salus luctui: Intemperantia & gula regorum eversio.

## S. III.

**P**ari planè modo religiosi cœtus propagati sunt. Quamdiu in illis suis stetit abstinentiæ honor, dum jejuniorum dies religiosè culti, quamdiu potationes & symposia inter eos nulla, tamdiu salva omnia. Vbi verò esuriæ dies paullatim aut aboliti, aut inminuti, vel remissiùs observati: cum caliculi in cenis, & extra illas obambulare, cum madidum vitrum aut stannum ultrò citroque comicare, cum propinationes & invitatiunculae admitti, cum Bromius reciprocus, cum Vesperæ in tricliniis aut in latebris ad Lyæ aram cantari, mox meditationes, disciplina, lectioes & precatioes sacrae auctoritati aut curari perfunctione cœperunt: successit silento loquacitas, laboriositas, vigiliis somnolentia, jejuniis temulentia, virtuti vitium. Ita Vara Vibiam sequitur. Inspice bene instituta cenobia, & castas jejunioru leges, & illas sum. Abstinentiæ regnū invenies: esuritur & lititur, cum mos vetus ait sacræ sanctiones jubent. Habent etiamnum sanctissimi viri religiosæ vitæ principes, discipulos abstinentiæ observantissimos. Veneratio, horum est imitatio.

Ad dissertationis caput redeo. Quisquis vult prolixius vivere, non detrectet parcius dormire. Qui autem detrahere vult somno, prius detrahatur ibo. Hic rerum ordo est. O qualis vita, cuius pars potior edendo & dormiendo consumitur! Hic meritò possim magnatum mensas in jus vocare, que prandium & cenam subinde sociant, atque prandii tempus in cenas horam extedunt. Tales, ait Augustinus, sunt omnes ebrios. Aug. 10, 10. si, quorum prandia usque ad noctem ducuntur, quorum cenas, ferm. 231. Lucifer videt. Memini ego ante annos quinquaginta de tempore prandiis interesse, quæ ad tertiam, quartam, aut etiam quintam vespertinam producebant damnabili exemplo. Num adhuc his moribus vivitur, ut epilogus prandiis fiat exordium cenæ? De illis conviviis & symposiis nihil hinc dicam, quæ diem noctemque solidam, inquit quæ biduum subinde triduumve totum, potatione non interruptâ continuantur. Simile quid Seneca l. 4. neca damans: Quibus nullum, inquit, intervallum, Naturæ quo interquierent, datum est, sed prandia cenis usque in quaest. c. lucem perduti, ingesta sunt. Numquid ad hanc pecu- ultimam.

dum saginam nati sumus? Num Deus eò nos condidit, ut exuto homine boves induamus, qui dies no& tésque totas ad præsepe plenum vel pingue pratum os fatigemus?

*Psal. 4. v. 3.* Fili hominum usquequo gravi corde? Cur tantum gule permittimus, ut in bestias degeneremus? Reclè hic præforum monitum instillo:

*Iambi veteres.* Oportet esse ut vivas, non vivere ut edas:

Da corpori quod sufficit, non quod petet.

*Sen. epif. 8.* Ad rem sapientissimè monet Seneca: Miserest, qui stomachi sui mensuram neferit. Nec miser solum, sed & insanus est, qui ignorat, quem cibi potissimum ingenerendi suum faciat. Quidquid editur & bibitur, non ad voluptatis, sed ad rationis literam examinandum. Scia uniusquisque stomachi sui mensuram; discat ab experientia, quantum alimonie in prandium, quantum in cenam sufficiat, nec ultra quidquam appetentia fallacissime permitat. Et ita veluti ad dimensum edat & bibat. Hac ratione vitam, pecuniam & famam augebit. Annaei verbo dissertationem finio: Nam ergo sanam & salubrem somnam vite tenere memento, ut corpori tantum indulges, quantum bona valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat.

### CAPVT VIII.

#### Iejunium, piarum exercitationum omnium adjumentum maximum.

**A**POLOGI veteris eruditæ narratio hæc est: Ficula per silvas iter fecerat; hic fortè consipata turdum labrufæ insidentem, amaras ac degeneres baccas vellificantem. Vismum est hoc ficedulæ insulsum nimis & aridum jentaculum. Mortatur igitur fraterem, & huaviter compellans: Mi turde, inquit, quid invia resqua incolis? quid arbores infecadas vellis? desere infelix hoc fruticum, & una mecum, si placet, iter ingredere; in regionem longè opimiorum te ducam, ubi ficus & uvæ, ubi omne genus edulicæ abunde supperat. Persuaderi se turdus haud ægrè pafus, labrufæ valedicens, ducem suum hilariter fecutus est. Pervenerunt demum tam ficedula quam turdus in terram fecundis arboribus felicissimam. Insulas fortunatas dixeris. Evidebatur locus promissa superare: nec enim quidquam decerat, quod ad gulæ votum desiderari poterat. Cum autem turdus curiosior circumspiceret, & hic quidem aves non ignotas virgis viscatis miserè pendere, velut in crucem suffixas, illic multò plures retium insidiis captas, alias alibi è fallaci fune pendulas, quasdam etiam fillo baculo supplexas, aut decipulâ clausas cerneret, mox alas fugæ parans: Vale, inquit, vale, o mea ficedula, vale, vale cum tuis deliciis; ego labrufas vellere, imo esurire malo, quam in tanta vita periculis mensam accumbere delicatissimam. Insoniat qui vult, non ego; tecum epuletur, qui mortem amat. Mihi potior est tenuis vietus, sed tutus, quam dapes plurimæ, exquisitissimæ, quas Mors afflavit; Vale.

Quisquis non pericula solum, sed mala præsentissima, que cibi potiusque intemperantem usum comitantur, serio considerat, cum Tundo liberimè proclamat: Malo decies, malo centies, malo millies inedia & famam pati, quam selectissimis dapibus me farcire, & valetudinæ lædere, vitam præcidere, tempus perdere, opes minuere, incolumem famam corrumpere. Capite superiori diximus: Qui cupit diu vivere, non cupiat diu dormire. Vita est vigilia, vivere & non vigilare, pars mortis est. Qui autem vult aliiquid somno subducere, debet prius cibo. Hinc nostra cōclusio: Iejunium temporis grande au&tarium: nec solum temporis, sed & pecuniae ac nominis, ut suprà demonstratum est. Nunc porro cendum, & conclusio priori hæc

adjungenda: Abstinentia & jejunium piarum exercitiorum omnium adjumentum maximum. Quicunque precibus, studiis, meditationibus serio vacare cogitat, jejunare disertat. Sacris exercitiis omnibus jejuniū & abstinentia subsidii adfert plurimum. Quod jam diductus exponendum.

### S. I.

**S**erenum cælum & serenum caput in eo conveniunt; si vapores terra non ascendant & aërem turbent, cælum serenatur, & lætanæ extortigrit frontem. Humana intelligentia in se spectata, ad meditandum, ad studendum, ad orandum semper expedita via admetitur; quia vero corpus tam inæqualis est valetudinis, dirandum hinc modò plumbeum, grave atque oneratum, modò est expagile, exoneratum, & leve est. Eam ob rem spiritus corporis inquinis plurimù aut iuratur, aut impeditur bona malæ corporis constitutione. Notissimum: Plenus venter non orat, non studet, non laborat, non meditatur libenter. Homo satur & cibis fatus ad gariendum, fabulandum, ridendum, otium, dormendum multè est aptior, quam ad precardium, legendum, commentandum. O bone Deus, quam non subtiles aut sublimes cogitationes parit corpus elca merisque æstuans! Ab avi prædatori id luculentum. Si falco bene pastus est, ad aucupium ineptus est. Volatu ardeam non affequetur, non transcedet, non configet: gravatus est cibo, non esurit, ideo nec prædam petat. Hoc tale aucupandi genus esurialis dies præcedat necesse est, aliqui nihil agitur, & omnis perit venaticæ voluptas: ita prorsus homo, si abstinentiam oderit & jejuniū, in sublime sele non attoller, divina & caelestia cogitando non penetrabit, cum Deo & Angelis non sapientia colloquetur; onus corporis cum detrahit, sarcina escaria illumi impedit: saturitas deicit, quem in altum evexisset inedia. Ecclesia re-

ctissimè canit: Qui corporal jejunio vita comprimit, mente elevas, virtutem largiris & premias.

Vates Hebreus Moles facturus audientiam in cælo, & cum ipso Numino collocuturus, quadraginta esuriales dies veluti pævigilium præmisit, ita demum ad divinum colloquium admisitus est. Elias ad lecretum cum Deo sermonem admittendus, dies itidem quadraginta jejunio & inediâ traduxit, perinde si præceptum illi fuisset in cælo: Elia, vide ut quam maximè sobrius & jejunus venias sermocinaturus cum Deo. Ita Eliæ hilaria fuerunt hydriæ, falernum est fonte publico, & panis subcinericus. Et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Iacob. Cumque venisset illic, manifest in speluncâ. Et ecce sermo Domini ad eum. Sobrios amat filios Deus; neque solis precibus, nec elemosynis solis, sed & jejunis vult coli.

Sic Sara jugulatis septem maritis septies vidua, superius cubiculum ingressa, tribus diebus & tribus noctibus non manducavit, neque bibit; sed in oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum. Et quod petiti, impetravit.

Primus, non optimus rex Hebraeorum Saul mortuus arma in Philistæos, universæ plebi jejunium indexit: Maledictus vir, ait, qui comedet panem usque ad vesperum. Et non manducavit univerius populus panem: idque tam stolidæ religione, ut cum in saltu publicum mel flueret, lesque oculis transeuntium venderet, nemo ausus sit vel digitum eo tintillum lambere.

Ita David Saule filio que Iona thà militia casis jejunavit cum omnibus, quos secum duxerat, militibus: Et planxerunt, & fleverunt; & jejunaverunt usque ad vesperam super Saul, & super Iona thà, & super populum Domini. Ideo obsequii genus præstiterunt mortuis Galadæta, & diebus septem jejunia perseverarunt.

Ita